QUOD DEUS BENE VERTAT!

COLLEGII FEUDALIS PUBLICI

DISPUTATIO PRIMA

DE ORIGINE FEUDORUM, NEC NON COMPILATORIBUS, AUTORITATE & usu consuetudinum Feudalium,

Quam

Permissu Magnifici & Nobilissimi ICtorum in Perillustri Salanâ Ordinis

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi atq; Excellentissimi

Dn. ERASMI UNGEPAUR,

ICti longè Celebratissimi, Professoris hujus Academiæ Publici, Consiliarij Saxonici Gravissimi, Curiæ Provincialis, & Scabinatus Assessoris Dignissimi, Promotoris Præceptoris ac Hospitis sui omni, quo par est observantiæ cultu ætatèm suspiciendi


IN AUDITORIO ICTORUM

Horis matutinis solitis

Ad diem Januarij

defendet


HEINRICUS RODIGERUS, Longosalissâ Thuringus.



JENÆ,

Typis PHILIPPI LIPPOLDI,

ANNO M. DC. XXXVI.



PRÆLOQUIUM



N omnibus rebus, quas tractandas ſuſcipimus prima ſolet eſſe Caſſiana quæſtio teſte Cicerone pro Milone *Cui bono:* ſiquìdem ut lacteũ hiſtoriarum flumen ſcripſit, videmus ſemper eò *impendi laborem, ac periculum, unde honos atq; emolumentum ſperetur,* & ὡς ἐπὶ πλεῖςον evenit, ut homines, *quò utilitas (verba ſunt magni JUSTI Lipſij lib. 4 cap. 14. Civilis Doctrinæ) vexillum ſuum prætulit & explicuit, illuc eant.* Cum igitur Uſus Feudorum inſignes utilitatum tubulos in genus humanum derivent, quod ex *Nicolai Intriglioli de Feudis q 1. n. 1.* eos *pro fundam, ſubtilem, quotidianam & lucroſam materiam* appellantis patet, & ex *Petro Rebuffo* qui in libro quem *Feudorum declarationem* inſcripſit, ita diſſerit: *Sunt etiam cauſſæ Feudorum graves, & magni ponderis, magnosq; ſolent præſtare proventus, ut aſſerit modernorum facilè princeps Jaſon in proœm. Feud. in princ. & eſt hodie practicabilis, ex cujus ſcientiâ oriuntur nummi, & tranſeunt in burſas Advocatorum Feudiſtarum, & quandoq; unus caſus eſt ſufficiens ad ditandum hominem, ſi in hac materiâ accidat pervitam,* quibus ſimilia elogia adtexunt *Curtius Junior in præf. tract. Feud. Borcholten in præf. comment. ad conſ. Feud. Schraderus tract. Feud. proœm.* & alij Feudiſtæ; jure

ctationi manum mentemq; admovemus. Antequam autem oram solvamus, DEUM TER Opt: Max. ex intimis pectorum nostrorum penetralibus rogamus, ut inexhausto suæ gratiæ fonte nobis velit adesse, quo non solùm hoc Collegium feudale feliciter exordiamur, verum feliciùs etiam continuemus, & felicissimè ultimam ei manum imponamus, secundum *Novell. 6. in princ. Novell. 85. præf. princ. l. 2. C. de off. præf. præ. Afr. C. in nomine dist. 23.*

THESIS I.

GAjus Facturus LL. vetustarum interpretationem, necessariò priùs ab urbis initijs jus repetendum existimavit, non ut verbosos, sed perfectos commentarios scriberet. Perfectum enim est illud, quod omnes suas partes habet, principium autem cujusq; rei est potissima pars, *l. 1. ff. de Origine Juris*, ubi simul plures hujus sui propositi adducit rationes. *l. 80. §. 1. ff. ad L. Falcidiam l. 21. §. 3. de operis nov. nunc. & l. 5. §. opere de U. S. l. 8. in prin. Mandati Plato lib. 2. de Repub. Aristoteles lib. 1. Eth. c. 7. Polybius lib. 5. hist Rom. fol. 147. Cicero pro. A. Cluen.* nec ad versatur *l. 39. §. perfecisse 1. de U. S.* quam *Pacius lib. 1.* ἐναντιοφανῶν *q. 7. & Eberlinus tract. de Origine J.* conciliaverunt. Cujus vestigijs & nos insistentes Feudalium Consuetudinum disceptionem ab origine repetere, & deinde de Compilatoribus nec non autoritate & usu aliquid ventilandum proponere volumus, ut nihil *antiquitatis penitus ignoretur* §. 1. *J. de test. ordi.* & ne si hoc jus autoritate sua enervaretur, oleum & operam, in eo pertractando frustra laborantes perderemus, à quo & natura *testante Aristotele l. 2. de calo c. 11. ubi in quit:* ἡ φύσις ὐδὲν ἀλόγως, ὐδὲν μάτην ποιεῖ *& 1. de cal. cap. 4.* DEum addit. ὁ θεὸς καὶ ἡ φύσις ὐδὲν μάτην ποιοῦσιν quod gregatim omnes sequuntur Philosophi, *& LL. pro ut l. 5. §. 3. de cap.*

& de

& de postlim. videre est, abhorrent. *Wesenb. de Feud. proœm. n. 1.*

II.

Unde autem Feuda descendant, inter Feudistas magnis dissensionum fluctibus agitatur, ut vix Euripus tot mutationes, quot illi sententias habent ex innatâ hominibus ad dissentiendum facilitate *l. 17. §. 6. ff de Recept. qui Arb* quod & Poët Witebergensis testatur.

Cuiq; suum caput est, ut pileus, approbat Hermes
Improbat Hermogenes. ——————

Gaddæus Disp. Feud. 1. th. 2, Schraderus Tr. Feud. par. 2. cap. 1. n. 1. Setserus disp. 1. Feud. prop. 1. Singulas illarum hic referre instituti nostri ratio & charta non patitur, si enim omnes perstringere velim,

Icariæ numerum dicere coner aquæ

Tantùm aliquot enumerabo, & si per vires ingenij licebit, cum pace tantorum Dd. confutabo, ut & καθ' ἀφαίρεσιν καὶ θέσιν nostra opinio aperiatur.

III.

Primò Joh. Gæddæus Disp. Feud. *1. th. 2.* ab exordio prope mundi Feudorum originem deducit, duobus subnixus fundamentis, quorum 1. hoc Syllogismo includam:

Liberalitas fuit ab initio mundi,
Feudum est liberalitas,
E. Feudum fuit ab initio mundi.

Majorem nullâ probatione vestivit existimans fortè illam per se esse manifestam.

In minoris autem probatione est valde operosus multos adducens textus ex jure Feudali *c. 1. 2. 3. quo tempore miles invest. pete. Rubr. & c. unc. de benef. Frat. & qual. frat. c. uni in fine. In quibus causs. Feud. amitt. c. Uni de cog. Feud. c. 1 per quos fiat in vest. & cæt.*

Ad quod fundamentum ita respondere conor, quatuor esse terminos in proposito syllogismo, siquidem major loquitur de liberalitate tanquam virtute quæ definitore *Aristotele 4. Eth. c. 1. & 2. Eth. c. 7.* ἐστι μεσότης περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν

illud in genere continet, ut cum Philosopho loquar πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται, omnia quorum precium nummus metitur. Aut si in majore vox liberalitatis pro objecto liberalitatis sumitur, tunc nego majorem, cujus probatio incumbit affirmanti *§. 4. J. de Legatis l. 4. C. de Edendo.*

IV.

Alterum ita formari potest;

Ubi materia Feudorum est, ibi est ipsum Feudum,
Atq; ab initio mundi aut paulò post fuit materia feudi.
E. ab initio mundi aut paulò post fuit ipsum Feudum.

Minorem probat ex *Gen. 10. v. 8. & 14. v. 4. 1. Reg. c. 4. cum principatus Ducatus, Comitatus, Baronatus, praefectura, mera & mixta imperia Blut. v.* ander *Ban. item regalia & similia soleant in Feudum dari c. unc. de Feud. Guard. & Castald. ibi Interpp. c. 1. 2. & 3. de Feudo Mar. vel Ducat. ubi Dd. c. unc. Const. Feud. Dn. Loth. Imp. qua. ant. Jan. B. Pet. C. imperialem §. praeterea de Proh. Feud. alien. per Frid. C. unc. quae sint regal. & cat.*

Resp. ad majorem propositionem negando. Siquidem haec illatio est funiculus ex arena. Ubi materia Feudi, ibi est ipsum Feudum. Sic inferri debebat. Ubi materia Feudi ibi potest esse Feudum, quod nobis nullum negotium facessit. Unde *Goclenius* inquit *lib. 1. Inst. log. p. 90. Si materia sit, materiatum esse potest. At si materia non sit, materiatum ordinariè esse non potest.* Non sequitur, hic est corium, ergo sunt calcei: hic est farina ergo est panis. Quamvis & *Helfricus Vlricus Hunnius* neget Minorem *in trac. Feud. p. 1. pag. 6. Cum Gaddaeo facit Joh. Niell. 1. disp. Feud. 1. & Henricus Linckius in trac. Feud. 1. n. 6.*

V.

Secundò multi Feuda derivant à clientelis Romanorum, quarum frequens in Jure civili fit mentio *l. 3. ff. de Usu & hab. l. 5. §. 1. de his qui effuderint. l. 7. § 3. de cap. & de postlim. l. 89. de*

Furi-

Furtis l. 3. §. 6. de penu legatâ l. 14. §. 1. C. de Judicijs l. 3. C. de Nova. In quorum castris militat Vdalricus *Zasius in Ep. Feud par. 1. n. 1. Budæus in l. Herennius ff. de eviet. Sonsbe. pac. 1. n. 30. & seq. Hannet. 1. Feud. c. 2. nixi hoc* argumento.

Vasalli dicuntur clientes

E. Vasalli descenduntâ clientelis.

Antecedens est fundata in c. *de content. inter. Dn. & Fid. de invest. Feud. & C. unc. de alien.* Feudi.

℟ Syllogismus hic imperfectus verè est in perfectus. Quis non videt illius infirmos nervos in majore propositione ita addendâ, quicunq; dicitur cliens â clientelâ descendit? non sequitur, ut res ab illo discendat, â quo denominatur. Multis ἐνστάσεσιν majorem oppugnare possem, quarum enumeratione jam supersedeo. Similitudinem cum *Setsero* inter clientes & Vasallos concedere possum, sed non idenditatem, in multis enim disconveniunt, sicut ille ostendit *Dis feudal. 1. th 5. Hotoma. Dis de Feud. Jure c. 2. Hunnius tra. Feud. c. 1. pag. 6. & 7.*

VI.

Terriò *Lælius Taurellus* opinatur Feudorum originem asscribendam esse agris imperii extremis, quos Romani principes militibus assignare solebant, ut legimus Apud *Lampr. in Alexandro*, â quo non multum recedunt, qui ad Colonias Romanas illam referunt. Verum utrosq; falli ostendunt insignes differentiæ, quæ inter Feuda & agros tum limitaneis tum veteranis assignatos intercedunt. Illorum enim ususfructus tantùm ad vasallos transit, horum autem cum usufructu proprietas militibus dabatur, illa ad tempus, hi in perpetuum tradebantur *c. 1. de his qui Feudum dare possunt. Lampr. d. l. Virg. Ecl. 1.* Aliæ differentiæ occurrunt apud *Hotom. d. l. Setserum d. dis. 1. th. 2. Borcholt. c. 2. in com. in cons. Feud. n. 11.* ὁμόψηφοι *Taurelli sunt Viglius Zuichemus in rub. J. de mili. test. & Simon Schardius in Epistolâ commentarijs Martini Laudensis præfixâ.*

VII.

Quartò *Lucas de Pennâ in l quicunq; C. de omni agro deser*t.

tat à prædijs tributarijs & stipendiarijs.

VIII.

Quintò *Haloander in Nov. 53. & 92.* Feuda à militijs, quæ erant officia illorum, qui in Scholâ inter statutos relati erant, indeq; salaria à Principe relinquebantur, proficisci putat.

IX.

Sextò *Franciscus Connanus 2. com. c. 9. n. 6.* à Gallis originem Feudorum *ex Cæs. de Bell. Gall. 3. delibat.*

X.

Alij alias opiniones afferunt, de quibus illud Plautinum prædicare possumus: *Optuma nulla potest eligi, alia aliâ pejor est in Aul. ac. 2. Sc. 1.* Nos à Longobardis cum *communi Dd. agmine* Feuda profluxisse putamus. *And. de Is in prel. Feud. n. 41. cum 2. seqq. & ibi Matt. de Afflict. n. 27. Duaren. in com. Feud. cap. 3. n. 4. Wesenb. de Feud. c. 3. Donell. lib. 1. Com. c. 10. Hotom in Disp. Feud. C. 3. Rosen. cap. 1. Com. 8. Petr. Heig. par. 1. q. 1. n. 31. Setserus dis. Feud. 1. th. 7. Job. Rüding. l. 1. Var. lect. Feud. cap. 1. Hunnius Disp. Feud. 3. th. 13. & Tr. Feud. c. 1. pag. 16. usq; ad finem.*

XI.

Hæc de origine Feudorum dicta sufficiant; progredimur nunc ad compilatores consuetudi. Feud. ubi iterum quot capita tot. sensus reperimus. Nonnulli enim hanc opinionem alunt libri 1. Feudorum compilatorem fuisse Gerardum Nigrum, & libri secundi Obertum de Orto *Cujatius in prin. l. 1. Feud.* quem sequitur pro more suo *Ioh. Borcholten de Feud. c. 2. n. 28. propter tit. 8. lib. 1. junct. tit. 51. l. 2. Feud. & tit. 27. lib. 1. jun. tit. 51. §. penult. l. 2. Feud. tit. 1. l. 1. Feud. tit. 24. vers. 2. l. 2. Feud.* qui textus tanti ponderis non sunt, ut me in illorum sententiam pertrahant.

XII.

Nec communi Feudistarum Scholæ nostrum calculum adijcere possumus, asserenti utrosq; prædictos Viros Obertum de Orto & Gerardum Nigrum mutuo labore jus

Feu-

Feudorum comportaste. Scipione enim infirmo nititur, & aliam quid de communi Dd. opinione sentiendum sit, tam scitè quam ritè docet *Amplissimus ac Consultissimus Dn. Præses in corollario Ex. Just. 9.*

XIII.

Plures ab aliis defensantur opiniones, quas examinare singulas non possumus, hæc omnium videtur esse probabilis, ab in certo autore privato has consuetudines Feudales collectas & in scripturam redactas esse *Duareno de Feudis C. 1. n. 4. Hart. pistoris lib. 2. q 34. n. 17. Hotom. in præf. Com. de Feud. Niell. disp. 1. th. 3. lit. A. Rüdingero Var. lect. Juris Feud n. 1. c. 3. Fer. Mont. 1. Feud. c. 3. Hunnio tract. Feud. cap secun pag. 23. & Dis. Feud. 1. th. 29.*

XIV.

Quibus ita expeditis jam ad cardinem hujus Disputationis descendimus, qui in hoc vertitur, an hæ consuetudines Feudales habeant LL. vigorem, ut in Scholis ad lites dirimendas, & in judiciis ad controversias decidendas allegari possint. Et quod attinet ad constitutiones Imperatorum, quæ hisce consuetudinibus Feudalibus insertæ leguntur, nulli hominum scrupulus relinqui potest propter *§. 6. J. de J. N. G. & C. l. 1. ff. de const princ. l. ult. C. de LL.* quin ipsæ pro legibus sint habendæ & exosculandæ. *Quod enim principi placuit, ut loquitur Ulpianus d. l. 1. legis habet vigorem, ut pote cum l. Regiâ quæ de imperio ejus lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem conferat.*

XV.

An autem idem de cæteris (ut cum Gæddæo hoc exprimam) *hîc insertis consuetudinibus & responsis Oberti de Orto, Gerardi Nigri, Philiberti Episcopi & aliorum qui LL. condendarum potestate destituti fuere, dicendum ut & hæc omnes Imperio Romano subjectos teneant, intricatæ quæstionis est.* Quod primâ fronte negandum esse videtur, prout etiam hoc negant *Andreas de Isernia in cap. 1. de Feud. cognit. Hostiens. in summâ de im. Eccles. Vers. si verò paternum*, quorum argumentis satis fecit *Curtius Junior trac. Feud. par. 1. q. 1. n. 17. Bronchorst. cent. 2. ass 82.* Verum affirma-

tiva est communiter recepta, quam ... amplectimur, ab rationes quas *Curt. d. l. Fachonaus l. 7. con. cap. 2. Bronchorst. d. l. Schrad. tract. Feud. par. 7. q. 1.* pro hac sententiâ stabiliendâ adduxerunt.

XVI.

An autem hæ consuetudines Feud. Clericos quoq; ligent inter Dd. acriter controvertitur. Nos ab affirmantium parte stamus *Rom. 13. can. lege dist 10. c. unc. de contro. inter Episc. & Vasall. Const. 1. item si Clericus de capit. Corradi. Setserus Disp. Feud. 1. th. 9. lit. B. Quirinus Kubachius cent. 1. dec. 7. q. 9. & 10. & ab eo citati.*

XVII.

Sub judice quoq; lis est an jura Feudalia in Scripturam redacta consuetudines per manserint nec ne? Prius affirmamus. *l. 36 ff. de LL junct a l. 18. C. de excus. Niell. Disp. Feud. 1. th. 2. lit. A. Petrus Loriotus comm. in Usus Feud. pag. 1. C. 1. de Jurejurando in 6.* Et annon quibus modis res componitur ijsdem dissolvitur? *l. 35. l. 100. l. 153. ff. de R. J. l. 8. ff. de ac q. vel amittendâ hered. l. 80. ff. de Solutionibus l. 8. §. penult. ff. de acceptil. §. ult. J. Quibus modis tollitur obligat Sturtius. add. l. 35. ibiq; Cagnolus Wesenbecius Philippus Matthai, Hanomius & alij Regulistæ,* qui ll. objectas diluunt. Quis autem tam pertinax invenitur qui assertum eat consuetudinum *εἶναι* per scripturam componi? neminem neq; legi neq; vidi præter Niellium & ejus sequaces, qui tamen statuunt non de consuetudinis, sed Legis essentiâ esse scripturam, quorum argumentis in Disputationis cursu respondere annitar, ne pagellæ hæ nimis excrescant. Pro nostra sentētiâ videtur quoq; esse *l. 4. ff. de pig. & Hypothecis. l. 4. ff. de Fide instrum.* Cui accedit & hoc, quod accidens non possit rei essentiam commutare, secundum decantatum Philosophorum *ἀξίωμα*, scriptura verò refertur in numerum Accidentium, ut pote quæ rei jam essentiam suam consecutæ agglomeratur.

XVIII.

Porro non inpertinenter â Dd. quæritur. An Jus Feudale etiam extra materiam Feudalem in decidendis contro

troverſijs civilibus allegabile, ſit, ſuamq; detineat autoritatem? quod ſub diſtinctione aſſero *arg. c. de Feud. cognitione. Borcholt. de Feud. c. 2. n. 31. & ſeq. Vultejus c. 1. n. 9. de Feudis. Curt. Junior, de Feud. cap. 3. Intrigl de Feud. q. 11.*

XIX.

Ita autem in decidendis controverſijs Feudalibus procedendum eſt. 1. inſpicienda ſunt pacta & tenor inveſtituræ in *princ. de inveſt. de re alien fac. c. unc. de fra. de nov. ben. inveſt. l. 7. §. quinimo ff. de pactis l. 1. §. 6. ff. Depoſiti l. 72. ff. de contr. Emptione, l. 52. ff. de VO. l. 23. l. ſemper in ſtipul. ff. de R. J.*

XX.

Quod ſi pactis nihil ſpecialiter conveniſſe deprehenditur, tum videndum eſt ſecundo, quænam ſit conſuetudo ſpecialis cujusvis loci aut curiæ domini *l. in toto ff. de R. J. l. 41. ff. de pan. c. 1. de conſtitutionibus in 6. c. generi de R. J. in 6. Decius ad d. l. 80. n. 12. Mynſingerus l. 5. obſer. 76. n. 3. Nobiliſſimus ac Famigeratiſſimus Dom. D. Arumæus Præceptor ac Promotor meus colendiſſimus d. ſp. 1. Feud th. 14.*

XXI.

Quâ deficiente tertio ad Jus commune Feudorum deveniendum eſt, & quid in hoc conſtitutum ſit videndum *c. unc. de Feudi cognitione.*

XXII.

Quod ſi quæſtio ex Jure Feudali controverſa dirimi non poſſit nec expreſſè nec per bonam conſequentiam, ſine calumniâ in ſubſidium lex ſcripta uſurpari poteſt *d. de Feudi Cogni. l. 17. ff de LL. l. 6. §. 1. ff. de V. S. Intrigl. de Feud. quæſt. 13. per totam. Schrad. par. 1. q. 4. Curt. Junior. p. 6. c. 4. Vulte jus 2. F. c. 3. n. 24. & 25. & l. 1. c. 4. n. 8. Niell. diſp. Feud. 1. th. 4. lit. A. in fine.*

XXIII.

Quid ſi autem jus civile & canonicum pugnantia habeant jura, utrum alteri in placando jurgio erit præferendum? Hîc iterum Dd. video non contemnendum con-

foro seculari, quam Ecclesiastic[illegible]

Nec desunt qui præcisè ex Jure Civili controversiæ decisionem in præsenti casu petendam esse asserunt. Quidam mediam sententiam eligunt, forte quia hoc ICtis non sit insolitum. *§. ult. J. quibus ex caus. manu non licet. l. 40. ff. de here. inst. l. 7. § 7. ff. de acquirendo rerum Dominio.* Unde vates:

Πᾶσι μέσοισιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.

XXIV.

Ultimò deniq; ad similia pedem promovendum esse assero *l. non possunt 12. ff. de LL. Multas enim formas edere natura novas deproperat, nec desperamus, quædam postea emergi negotia quæ adhuc LL. laqueis non sunt innodata. l. 2. §. 18. C. de V. J. Enucl. cap. 2. quæ Fuit prim. causs. ben. amitt.*

XXV.

Sed quid de capitulis extraordinarijs? Si conveniunt cum ordinarijs, assumuntur, sin disconveniunt, reijciuntur. *Hart. pistoris lib. 2. q. 13. n. 59. & l. 2. q. 15. n. 45. ubi pulchrè ita scribit:* Nam & si non negem, ea (scilicet capitula extra ordinaria) *tanti ponderis non esse ut inde contra capitula Juris Feudalis in certum volumen relata argumentum desumi possit, nihil tamen impedit, quominus capitulis illis extraordinarijs pro declaratione illorum, quæ jure Feudali aliquantò obscurius tradita sunt, utamur, quippe cum etiam jura, quæ correcta & penitus sublata sunt, hunc nihilominus usum habeant, ut ex ijs jura nova declarare liceat, ut notat gloss. & Bart. in l. fin. ff. ad L. Corneliam de falsis & in l. 1. in fin. princ. de conjung. cum eman. lib. & eat. Dissentit. Cujacius 4. Feud. 23.*

Atq; ita ne velis forsan majoribus utar
Longius, aut vasto decurrat in æquore linter,
Ultimus hic finis nostræ Διασκέψιος *esto.*

COROL-

COROLLARIA QUATUOR
ex Jure Canonico Desumpta

I.

AN dispositio *C.unc.c.* 29. *q.* 1. hodie rectè in praxi negligatur? verba ita sonant: *Error qualitatis non excludit similiter consensum: utpote si quis emerit agrum, vel vineam, quam putabat esse uberrimam, quamvis iste erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo, non potest tamen venditionem rescindere. Similiter qui ducit in uxorem meretricem, vel corruptam: quam putat esse castam, vel virginem, non potest eam dimittere, & aliam ducere.*

Negant. *Matth. VVesenbecius ad tit. de ritu nupt. n.* 8. *Bronchorst. cent.*3. ἐναντιο φανῶν *ass.* 3. *Valent. Guil. Forsterus disp. ad Inst.* 3. *th.* 23.

Nos affirammus. Nervos Antagonistarum argumentis probè subtraxit *Amplissimus Dn. Præses in Exer. Just.* 3. *q.* 8.

2.

An fœminis intra annum luctus nubentibus Jure Canonico l. 11. pœna ff. de his qui notantur infa. justè sit sublata?

Jure Canonico *c. penult. & ult. de Sec. Nupt.* legalis infamiæ non sustinet jacturam quæ

quæritur an justè? & meritò negativam cum *Magnifico Nobilissimo ac Celebratissimo ICto Dominico Arumæo Promotore ac Præceptore meo æternum de-venerando Disp. Feud. 3. th. 10. ut & Dn. Andrea Gerhardo exerc. Just. dec. 2. q. 8.* defendimus.

3.

An Jure canonico quis alium in vitæ periculo constitutum defendere teneatur? Aff. *per. c. qui potest. c. 23. q. 3. cap. dilecti 6. §. ult. de sentent. excommunicationis c. Sicut dignum 6. illi etiam de Homic. vol. vel. cas. Philippus Matthæi ad l. 50. ff. de R. J. ibiq; Hænonius,* A quâ opinione jus civile quoq; non alienum esse videtur propter *l. 1. §. 3. ff. ad L. C. de Sicarijs arg. l. 3. ff. de J. & J. l. 7. ff. de Servis exportandis. l. 2. §. 5. ff. de aquâ & aquâ pluviâ arcendâ arg. l. 2. C. de com. & merc. l. 45. ff. ad L. Aquil. Vasquius 1. contro. 19. num. 5. & 9. Decius ad d. l. 50. n. 13. Bocerus intrac. de jure bell. lib. 2. c. 9. in prin. Diss.* Bartolus cujus animam propterea in inferis locis torqueri scribit *Baldus.*

4.

An confessionem sibi factam in pænitentiali confessione Sacerdos vocatus in jus rectè

rectè revelet N. C. *omnis utriusq; de pœniten. & remiss. c. si sacerdos de off. Jud. ordi. C. dilectus de excess. prel. Kubachius quæst. illust. de c. 4. q. 1. cent.* 1. *qui* pariter pro hac sententiâ citat *Gomez. tom.* 3. *var. resol. cap.* 13. *de tort. reorum n.* 9. *& Thomam Trivisianum.*

Marcianus l. 65. ff. de Legatis in 3.

Omnes adhuc discere possumus, & omne artificium incrementum recipit.

HEINRICUS ROEDIGERUS Longosalissanus
ἀναγραμματισθεὶς
Nervosa geris, hinc dignus laure, sol sies.

QUi quondam Patrij solvisti ænigmata Juris
Linguâ legifluâ, pulpita nunc iterum
Conscendis, NERVOSA GERIS problemata Feudi,
Victor abis, num det præmia digna Themis?
Præmia non deerunt, testantur nomen & omen,
HINC DIGNUS LAURO, SOL patriæq; SIES.

Amoris & moris E.
Suo contubernali &
consalino mq; F.

Heinrich Wenck/Gothâ
Thuringus.

Ad

TE vice cum bina repetentem ſellia Doctûm
Terpſichore vidit, nec non Cicerone tonantem
Audijt, & nodos variantis ſolvere Juris,
Sic infit: (dudum Themidos penetrare labores
Eunomiæq; adytis qui Leges niteris uſu
Imbibitas ſtabilire ;) *manent te nomen honosq;*
Et quod propediem tibi fert Aſtræa brabeum.

Fautori & amico ſuo
magni æſtimij gratulab.
deprop.

ANDR. WOLFIUS Jenenſ.
Med. Stud.

